



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Que est ista quæ ascendit de deserto. delicijs affluens, innixa super
dilectu[m] suum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

delectabit me. Fiet mihi in isto seculo consolatio hæc, ut ipsi reges uel principes mihi dētur in famulatum: in illa uero dextera, ubi immortalitas regnat, ipsum uisura sum ego uisione æterna in decore suo, fratrem meum, dilectū meum, regem regum, & dominū dominantū, iāq; tantū bonū prægustare cupio p̄ cōtēplationis studiū.

¶ Adiuuro uos filie Hierusalem, ne suscite tis neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit.

¶ Hoc sciens ipse frater meus, quia solos mediator uel meditari cupio amplexus dexteræ eius ne (inquit) suscite tis, neq; euigilare faciatis dilectā donec ipsa uelit. Ne (inquam) suscite tis, uidelicet eo modo quo Martha suscitare uolebat Mariam sororē suam. Maria nanq; sedēs ad pedes dilecti, audiebat uerba oris eius. Hoc erat requiescere. At illa, quæ satagebat circa frequens ministeriū uolens eam suscitare: Domine (inquit) non est tibi curæ, q̄ soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Cunctis filiabus eiusmodi, quæ corporale ministeriū siue actuale uitā nesciūt discernere, quantū distet a dignitate contemplatiōis, dictū hoc esse nemo dubitet, ne suscite tis neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipsa uelit. Nā illa, quæ optimā partem elegit quæcunq; studet uerbo dei, ipsa est dilecta: ceteræ quæ sollicitæ sunt & turbantur erga plurima, sicut Martha illa, filia sunt.

¶ Que est ista quæ ascendit de deserto, delictis affluens, innixa super dilectū suum.

Martha
non debet
suscitare
Mariam.

Lucæ. 10.

RVP. IN CANT. CAN. CA. VIII.

Ab isto uersiculo usq; ad finē decātatio clarissī
ma, circa illā uersatur degētibus electā atq; dile
ctā, cuius electio fratris gratiæ est, fructus siue
effectus euāgelicæ prædicatiōis, ex quo fieri cœ
pit, o dilectissima dilecti, illud q; dicebas: Veni
dilecte mi, egrediamur in agrū, cōmoremur in
uillis. Hūc tm̄ egressus uestri fructū admiratur
electio ex Iudæis, q̄ parua nūero p̄ euangelīū ue
nit, & dicit. Quæ est isto, q̄ ascendit de deserto,
delicijs affluens, innixa sup dilectū suū. De deser
to, id est, de agro & de uillis, quo uos o dilecta,
cū cōsilio supradictō egredi atq; cōmorari uolu
istis. Quæ ē ista? Vbi erat? Vbi latebat? Mira res
Nobis nulla erat, nusq; erat: sed illi erat, in illo e
rat, de quo ueraciter dictū est, quod factū est, in
ipso uita erat, & de quo dicit alius qdā amicor;
qui uocat ea quæ non sunt tanquā ea quæ sunt.
¶ Qualis enim est? Qualis ascendit? Delicijs af
fluēs, innixa sup dilectū suū. Iure miremur quā
tis uel qualibus delicijs affluit. Delicijs gratiarū,
quæ manifestatur ad utilitatē, uidelicet sermone
sapientiæ, sermone scientiæ, fide, gratia sanitatū
opatione uirtutū, prophetia, discretionē spūum
generibus linguarū, interpretatiōe sermonum.
¶ Quō aut uel ad quid innixa sup dilectū suū?
Nimirū ut nō timeat timorē hominū, ut nō desi
ciat in tribulationibus quæ illā inuenerunt siue
inuenturæ sunt, tribulationibus atq; p̄secutioni
bus inimicorū uisibiliū atq; inuisibiliū pagano
rū, Iudæorū, hæreticorū, & spiritūū malignorū.
Quō em̄ inter hæc omnia subsisteret, nisi innixa
esset sup dilectū suū. Nunquid innixa deberet eē
sup semetipsam, aut sup quēlibet aliū? Tunc u-

Iohan. 1
Rom. 4

I. Oor. 12.

Innixa su
p dilectū.

erit; caderet, stare nō posset. Nūc autē dicit: Dñs illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dñs protector uitæ meæ, a quo trepidabo? Si cōsistāt aduersum me castra, nō timebit cor meū. Si exurgat aduersum me præliū, in hoc ego sperabo. Hoc dicere & facere, nimirū est innixam esse super dilectum. Quomodo factum est istud? Quomodo talis & taliter ascendit?

Psal. 26

¶ Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta ē mater tua, ibi uiolata ē genitrix tua.

¶ Delectio ex Iudæis nunquā quasi nesciēs admiraris? Nunquā causam nescis cur ista talis taliter ascendere debuerit? Ego causam dico tibi, quia mater tua, genitrix tua, me dereliquit, me abnegauit uirū suū, regē suum, & ideo aliam duxi, dato illi libello repudiij, & hæc est quæ taliter ascendit. Vbi nā hoc accidit? Sub arbore malo, ubi te suscitavi sub ligno crucis, ubi te redemi: Propterea dixi sub arbore malo, id est, sub arbore afferente fructus suos, quia uidelicet lignum crucis nō sterile lignum fuit, sed fructus attulit uitæ et salutis. Ibi te suscitavi, sed mater tua synagoga, genitrix tua, gens Iudaica, ibi corrupta est, dicendo, non habemus regem, nisi Cæsare: ibi uiolata est, clamando: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Propterea repudiata illa, ista talis ascendit, & sicut ait quidā ex uobis: Cæcitas cōrigit in Israel, donec plenitudo gentiū subintroat, & sic omnis Israel saluus fiat. Nunc audi quid dicat ista, quā tu miraris, ista mulier fortis, de qua ueraciter dictū sit: Confidit in ea cor uiri sui & spolijs non indigebit.

Sub arbore malo, sub signo crucis

Iohan. 19.
Matt. 27
Rom. 11
Prouer. 31

P